

Extract from pp. 151 & 152 of E. M. Fries, "Fungi Natalenses, quos annis MDCCCXXXIX–MDCCCXL collegit J. A. WAHLBERG, adjectis quibusdam Capensibus, descripti ab E. FRIES"; in *Kongliga Vetenskaps Akademiens Handlingar* (Stockholm), 1848 [1849]: 121 – 154.

Note: The journal article was reprinted or preprinted as a monograph with the title of *J. A. Wahlbergii Fungi Natalenses, adjectis quibusdam Capensibus, auctore Elia Fries ex Actis Acad. Scient. Holm. 1848* (Stockholm: Norstedt). This had different pagination: [1], 2 – 34, and *Favillea* appeared on p. 32.

151

LANOPILA. *n. gen.*

Peridium sessile, simplex, tenuissimum papyraceum, extus nudum et glabrum, haud definite l. sponte dehiscens. Capillitium in pilam compactam, elasticam, a peridio discretam, densissime intertextum. Sporae globosae, floccis tenellis laevibus mox inspersione.

Eximum genus *Lycoperdo* et *Sterrebeckiae* proximum; sed peridio papyraceo, extus nudo et capillitio discreto facillimne distinctum.

Sterrebeckia respondet *Didermati*, *Lycoperdon* *Didymio*; *Lanopila* Physaro et *Favillea* Craterio.

45. L. WAHLBERGII.

In terra ad portum Natal. WAHLBERG.

Fungus globosus l. ovatus, pugni majoris magnitudine, mollis, elasticus, arrhizus, demum secedens et mobilis ut *Bovista*. Peridium omnino simplex (saltem in adulto fungo) extus nudum et laevigatum, chartam tenellam exacte referens; sed tenax, persistens, absque ore definito et vix sponte dehiscens; intus totum usque ad basin (ubi nullum adest stratum sterile) refertum capillitio globoso, densissime intertexto, compacto, Spongiae instar elastico; ita tenaciter cohaerente, ut fila tenuia aequalia, (nec denticulata) non nisi vi inter se lacerentur. In fungo adultiori haec pila lanosa intra peridium libera nidulatur, extus strato tenello floccoso vestita. Sporae globosae, fuliginosae, haud parcae, sed non nisi peridio tenaci lacerato conissant.

E novis *Lycoperdineorum* generibus a Cel. Berkeley e Capite Bonae Spei descriptis neutrum aderat in collectione *Cl. Wahlbergii*. Ex his *Scoleciolepus* ad *Arachnion!* ita accedit, ut Berkeleyana dissertatione a me nondum visa ad hoc

genus retulerim. *Phellorinae* proximum est *Polysaccum degenerans* Plant. Preiss. II. p. 139, quod ex hodiernis principiis sine dubio proprium sistit genus.

FAVILLEA.

Peridium clavatum simplex, ecorticatum, superne membranaceum et totum disprens, nudas relinquens sporas copiosissimas coacervatas laxas filis paucis tenuissimis intextas. Capillitium rarum, laxum a peridio basi, in stipitem contiguum solidum producta, floccosa sterili assurgens. Ad basin adsunt nonnulla granula, immatura peridiola Polysacci referentia. Morphosis ignota.

1. F. argillacea. — E Nova Hollandia.

Nomen specificum *degenerans* provisorie modo impositum erat, ut indicaret novi generis typum.

LEVIEUXIA. n. g.

Perithecium liberatum, verticale, stipitato-clavatum, carbonaceum, rigidum, astomum, superne demum rimose-diffractura, frustulatim deciduum. . . .